

ita ducuntur ratione, nec præcipit
nimis in iudiciis de rebus ferendis sum-
priusquam distincte ipsas habeat perspici-
etas, veritatem non modo elicere, sed
& illam a fictione falsoque optime di-
gnoscere poterunt, videntes illam non
tantum durabiliorem, verum etiam æ-
ternam mansuram, animasque ipsorum
servaturam. Hisce, Lector Candide,
paucissimis, veris utinam suis coloribus
veritatem, quam diximus commuem,
adumbrare volumus. Accipe igitur be-
nigne, teq; facilem nobis præbe cōforem.

Veritatis fontis JESU CHRISTO
laus, potentia, virtus & gloria in
secula nunquam termi-
nanda.



Hoc est

Diu multumq; agitata controversia,

*De genuina & probata, probandaq;
Græci Labij nobilissimi*

LECTIONE ET PRO- NUNCIATIONE,

Superstitiosa & frivole præconcepta
antiquitatis *ναροληα* eruta, vindicata & le-
gitimo ac proprio nitore atq; usui restituta, ac
soliditate ipsa solidioribus fundamentis
stipata confirmataq;

Per duos Scholæ Wolgastanæ alumnos

M. PETRI GRABOVII
ejus Rectoris discipulos,

*Actu oratorio ex præceptoris, solertissimè tra-
ditionibus excerpta & producta publicè, juris facta, eo
sine & voto ut porro omnes & singuli unanimiter in id
curas & cogitationes conjiciant, quo simplex & uni-
formis G. L. legendi & prounciandi ratio in scholis
tradatur & conservetur, ne subinde ad alias atq; alias
scholas accedentes dediscere oporteat a-
dolescentes, prius memoriæ
infixa.*

GRYPHISVALDIÆ,

Typis Iohannis Albini, Anno M. DC. XIX.



NUNCUPATIO.

Nobilissimis ac strenuis, Viris, pietate, sapientia, doctrina, virtutum splendore, rerum usu, prudentia, & humanitatis singularis ornamento Excellentissimis, rarum literatorumq; amatoribus.

D. CHRITOPHORO
ET

ADAMO à Trampen in

Kerberg & Lindow hæreditarijs: Et illi quidem Ducalis prædij Röseke item Hohenbrün-
sow hypothecario: huic verò PHILIP: JUL.
Pom. Ducis Illust. consiliario prima-
rio, & dicasterij Wolgast: di-
rectori gravissimo,

*Dnn. & patronis meis meritissimis, omni ob-
servantia, & officiorum genere
prosequendis.*

DE studijs puerilibus primæq; ætatis bene merendi curam, & officia Deo gratissima, discen-
tibus

tibus necessaria, & humanæ societati
apprimè utilia esse, extra omnem aleam
positum esse omnibus prudentibus &
cordatis omnino persuasum habeo: si-
quidem eam vitam non existimo vita-
lem, quæ caret officio de tenera ætate
optimè merendi: quod purissima &
optima pars generis humani, & flos Ec-
clesiæ DEI præcipuus est tenera ætas
quemadmodum & cantici 2. v. 12. Sa-
lomon eo nomine juventutem inducit
inquiens. Flores apparuerunt &c. Et
nihil minus honestum est, quam DEO
gratum in eo vitæ genere agere ac to-
tum esse, quandoquidem qui conferunt
operam suam ad iuvanda puerilia stu-
dia, ipsa fundamenta fideliter & accura-
tè collocant, super quibus postea ædifi-
cia præclara doctrinæ & regiminum ex-
truantur, quorum usus *μετ' ὀλίγον ἀνδρῶν
γενομένων* ad Dei & mundi regnum sum-
mè necessarius est. Si enim absq; scho-
lis esset, omnes Reipubl. Christianæ, hic
rarchiarum & politiarum status ac ordi-
nes, communitatis hominum inter se
nervi, commercia & communiones bre-

vi ru

vi ruinam & interitum essent habitura.
Ex scholis namq; ad omnes omnium or-
dinum conditiones atq; officia viri ido-
nei, commodi ac utiles tanquam ex equo
Trojano certatim profiliunt, unde &
scholæ omnium in mundos statuum &
officiorum seminaria jure merito nomi-
nantur. Etsi enim à parentibus natura-
libus vitam habent naturalem, pueri ta-
men id tantum cum brutis animantibus
commune habent excepta sola rationis
excellencia; quippe qua prærogativa
Deus hanc naturam alijs antecellere ac
præesse voluit. Ut autem sciant, quo-
modo vita utendum & rectè vivendum
sit, quo eorum instituta actionesq; Deo
probentur & civili societati utilitatem
afferant, id vero è *παιδείῃ* & scholis
prudentumq; præceptorum animi pa-
rentum traditionibus hauriant, necesse
est. Quæ cum ita se habere palam & in
confesso apud omnes sit, videmus quan-
tus thesaurus in provincijs atq; urbibus
scholæ sint, quippe quibus regna & Res-
publ: propagentur ac diutius confer-
ventur: discimus item quanto in precio

A 3

scho-

scholæ & præceptores habendi sint, ut
pote sine quibus juvenus ad regnum
Dei educari non potest. Unde ad gu-
bernacula sedentes, sibi incumbere co-
gitent, ut scholas curent, renovent, &
pro crescente discipulorum multitudine
amplient & exornent, ne rancidis haris,
quam spiritus sancti officinis similiores
sint, & negligentia ac vetustate concidant.
Præceptoribus item honesta
ampla & sufficientia salaria sunt consti-
tuenda, & constituta pro indes ingra-
vescente temporum difficultate auge-
scentes rerum omnium precio, augenda
meliorandaque. Idque vel eam ob
causam, quod nullus officij (naturæ la-
borem excipio) labor sit molestior atque
gravior, scholastico vitæ munere, cum
primis hac effæta postrema mundi æta-
te ubi juvenilis ætas intractabilis & effe-
ra est, & omnis ferociæ malitiæque rece-
ptaculum. Ex adverso autem nullum
fuit seculum tenacius ingratusque erga
scholas & earum ministeria, quam hoc
nostrum quod perijisse putat, & nihil pe-
jus collocari avertat, quàm in scholas &

præ-

ceptores, quod impenditur. Non
tamen ideo refugere quisquam præsu-
mat ea ministeria, ad ea legitime voca-
tus, nec tergiversando collum subduce-
re cogitet palæstræ scholasticæ, mundo
quidem vili, at Deo præciosæ ac regno
Christi omnium maximè necessariæ,
modo sentiat, se isti pulveri, laborioso
simul & ignominioso vitæ generi ferun-
do esse. Ea namque *divitiæ* ac potentia
præditus ad ea munia requiritur. Quia
quemadmodum non ex quo vis ligno fit
Mercurius: ita non quilibet, quantum-
vis doctrina non destitutus scholastico
ministerio accommodus est. Etenim
invenias plurimos etiam doctissimos,
clamosis illis & calamitosis sudoribus
impares & abhorrentes. Atque ea quoque
sunt, quæ me potissimum commove-
runt, ut ex tranquilla & libera Aca-
demica dignitate, ad turbulentas ac servi-
les, ærumnosas & præ cæteris omnibus
vitæ generibus hodie abjectissimas, atque
superciliofis fordidi vulgi vocibus ex-
positas, Scholarum operas umbratiles
me demittere non recusaverim, videli-

A 4

cet

cet, summa scholarum necessitas; in eis in conspectu DEI preciositas, & meorum ipsius liberorum recta institutio. In ijs verò constitutus, quemadmodum antea semper, ita quoq; nunc, sic meis partibus rectè me defunctorum statuo, si minimo & maximo omnibusq; meæ curæ fideiq; commissis ex æquo inserviam, & non alijs totus deditus, alios prorsus negligam. Reperio autem (proh dolor) in hoc jam tertio scholasticarum operarum officio, nonnullas remoras gyros atq; meāros publi scholasticæ obverti, obtendiq;, quibus tanquam inanibus crepitaculis in scholis puerilibus exercita juvenus, ultra ætatem vexatur ac detinetur, ne tempestivè ad usum & utilitatem Scholasticæ institutionis atq; disciplinarum unicè à fidelibus præceptoribus spectandum, deducatur. Qualia sunt 1. multitudo Grammaticarum, quarum hodie tot ferè sunt, quod scholæ, imò quot præceptores & classès, cum tamen una & eadem, & omnium eadem præcepta & regulæ esse deberent. 2. *κακογυλία* & horrida horrenda

renda; antiquitatis antiquitati styli affectatio. 3. Superstitiosa ac superciliosa antiquæ pronunciationis ratio & æmulatio; Et infinita alia, his tamen non meliora. De prioribus duobus emblematis antehac multi eruditi mukum questi sunt & contra pugnarunt. Postremum autem nimirum Antiqua & præsertim Græcæ Linguae pronuntiatio tanquam in Tarpeiam sedem evectum, deposcit sibi homagium venerationemq; ac omnimodum sui obsequium nutu ac renutu simpliciter imperat, & omnino extorres suo regno cenfer, quicumq; ejus imperium excutiunt, non expendens longè utilioribus & gravioribus id tempus vitæ humanæ breve concessum, tribui posse & debere, quod istis & id genus ineptijs impenditur. Ea propter ut hujus diu multumq; agitata ætatemq; puerilem morata, liberali doctrinæ inconvenientis ac perniciosæ *εὐθείας* & spicilegij tandem aliquando decisio atq; compositio fieri possit & studiosæ juventuti spinosas remoras omnes è medio tollendi causa & occasio

sio præbeatur, & doctiorum sinceræ ac
simplicis, non autem fucosæ falsoq;
præconceptæ illius veritatis atq; anti-
quitate sententia eliciatur, adduci me
passus sum ut hanc *ἱστορίαν* à duobus
discipulis meis præexercitamenti gra-
tia, ex crebra & assidua meâ *παρομιᾷ* ab
istisq; fictæ antiquitatis nugis dehorta-
tione exceptam & congestam atq; co-
ram commilitonibus recitatam, publici
juris fieri cōcesserim. V V. autē NN.
AA. & strenuitatibus, id quicquid er-
jam est operæ sacrum fieri, & nuncu-
pandum duxi: Nobilissimi & strenuif-
simi Viri, Dnn. & Meccenates omni re-
verentia & officiorum genere mihi co-
lendi, primo, quod syncerus vester a-
mor & favor erga literas & literatos ac
studia Linguarum non solum benevolo
affectu, Sed & præclaris monumentis
publicè constat. Deinde, quia V V. Str.
ut studiosa juvenus in necessarijs & uri-
libus ad nostram ætatem simpliciter
transmissis, educetur ac succrescat stu-
dijs: & non futilibus infructuosisq; de-
stineatur & in ipsa herba supprimatur,
tri

tricijs apinisq; unicè invotis habere sæ-
penumero coram audire memini. De-
niq; quod candido V V. Str. erga me-
us sum studio & ope his ipsis jam 13.
annis, quibus præter spem & datam fi-
dem relicta pro dolor, honestissima &
dignissima vocatione, hic in patria pe-
nè vagatus sum, & aulam stipendij causa
frequenter implorare coactus fui V V.
igitur Str. & AA. ut hoc quale memo-
ris ac gravi animi monumētum benignè
atq; sereno vultu accipiant, mihiq; ut
hactenus, ita quoq; in posterum favere
pergant vehementer etiam atq; etiam o-
ro & obtestor.

De cæterò V V. NN. & AA. di-
vinæ protectioni ex animo commen-
do, devotis gemitibus instans, ut pater
luminum, à quo omne bonum vitam vo-
bis cum sanitate corporis longævam,
honorem cum stabilitate virtutis fir-
mam, fortunam cum affluentia rerum
optimarum prosperam, clementer con-
cedat, semperq; conservet & meatur,
Wolgasti.

V V. N. N. & AA. *addictissimus*

M. PETRUS GRABOVIVS

ALBERTUS HEUNE

Joachimi Filius e.

UT verum fatear, mi commilito, JO-
ANNES GRABOV I, Φιλέλληνας &
longè præstantissimæ Linguæ Græ-
cæ studijs amore flagrantem, diversum
abripit & turbat inconsulta illa κυβεία ἐν
πανουργία πρὸς τὴν μεθοδείαν τῆς πλάνης, si
parva licet componere magnis & infe-
lix bellum illud Grammaticale, quod
hoc nostro ultimo seculo inter Docto-
res ejus ortum, ex fœditiōq; Asphalti-
dis lacu retortum, de genuina nimirum
& recta, Græcarum literarum pronun-
ciatione. quippe qui libenter veris, fir-
mis & utilibus velim imbuī παραρροισίω
& institutis, quandoquidem permultum
refert, ut puer ab ineunte ætate solidis
iniitijs ac fundamentis cujusq; discipli-
næ imbuatur, ne primum non sine ma-
gno temporis frustraneo impendio &
molestia initia facta postmodum dedi-
scere ac novis præceptis opinionibusve
incrustrare & quasi oblitterare cogatur,
id quod pueri profectum mirum in mo-
dum

dum moratur, & memoriam hebetat
atq; confundit, ut tandem multitudine
præceptorum obtusis nihil certe fixè
hæreat sed in dubio pelago fluctuent,
Id quod proh dolor! hoc nostro ævo
profundis gemitibus experimur, dum
tot penè Grammaticæ cuduntur, & ob-
truduntur, quot scholæ & præceptores,
imò classes sunt, & singulæ novis præ-
ceptis & regulis scatent; quum tamen e-
adem præcepta, eademq; Regulæ ijs-
dem & non alijs verbis per omnia in o-
mnibus & singulis palæstris scholasticis
perpetuò esse debebant, ne mollia & te-
nellia ingenia varietate novitateq; præ-
ceptorum obruerentur ac obtunderen-
tur. Sicut enim multitudine ciborum
corpus oneratur; ita crebra novitate re-
gularum atq; Grammaticarum, ingenij
profectus retardatur, quod malum litte-
raturæ perniciosissimum nova didacti-
ca, (ardore concepto stipulam pariens
& è montium partu murem producens)
inter cætera, quanquam à viris gravi-
bus antè gravissimè reprehensum, dete-
statur & abrogandum rectissimè censet
Articulo 3. pag: 9. Quæ

Quæ cum ita se habeant, & non solum nos (qui tamen pro dexteritate traditionis præceptorum præceptoribus nostris merito grarias agimus maximus) sed & multi alij nobiscum hac nostra instabili & insanibilis (proh dolor) novitatis avida ætate experiri cogimur: te, mi condiscipule, etiam atq; etiam rogatum velim, ut cogitationes & meditationes in id operæ & scrutiniij mecum defigas, ut veram synceram atq; utilem legendi pronunciandiq; Linguæ Græcæ tam Elegantis & inexhausti thesauri refertæ rationem solidè pernoscamus & amplectamur. Causa hujus meæ anxietatis sollicitudinis est, quod à diversis diversimodè tam litteras ipsas quam syllabas efferrè audiam. Ac ut protinus accedamus negotium, principio tenendum est nō quidem, in omnibus Litteris Alphabeti, eam diversitatem locum habere, sed in aliquibus duntaxat. Et quāquam Septem, videlicet, Β, γ, ζ, η, κ, υ, ω, præriq; exautorant, & excerpunt, de quibus certamen moveatur: tamē quinque has Β, γ, α, υ, ω, maximè juvat istos reformato-

matores in dubium vocare, in ijsq; libidinari libido est. Eas namq; excorrupta, qua etiamnum vulgo nos uti queuntur, pronuntiatione, eò devenisse, deplorant, ut in earundem nomenclaturis & appellationibus potius, quàm sono turpiter peccetur, quas tamen non solum vulgus, sed & doctos plerosq; recepto & pertrito usu, seu potius abusu ita absurdè proferre largiuntur, ut non solum nomen amiserint. Sed etiam veræ & genuinæ pronuntiationis nihil jam referant, atq; adeo alium jam prorsus bonum induerint. Et has litteras ita omnino proferendas esse contendunt, ut earum natura fere, ne cum alijs soni qualitate confundantur. Ac Β legendum tradunt ut β Latinum, ad modum prioris Syllabæ Gallicæ dictionis beste seu bete, bestiam notantis, idq; probari putant. Primo quia esse naturam hujus litteræ dicitant. Secundò ex congruentia figuræ, siquidem enim Græcis ea hujus Elementi eadem est cum Latinis, citra cōtroversiam, eandem apud utrosq; vim & potestatem atq; sonum habere. Ter-

Tertio ab originis proprietate, quando-
quidem ab Ebræo Beth nomen habere
autumant. Quarto: confugiunt ad tes-
timonium Eustachij in homerum, qui
dicit, *μηλικὸν τὸν περὶ βῆτων φωνῆς* Item al-
io loco, *βῆ βῆ φωνῆς περὶ βῆτων σημερινὸν*,
tum alicujus Dionysij, cujus versum
cratini citat Eustatius, hunc: *ὁδ' ἠλίθι-
ωτ περὶ βῆτων βῆ βῆ λεγόν βῆτι ζει*, quem
ita proferendum docent: Hod: ilithios
noosper probaton bee bee legoen badi-
ci. Et hinc evictum persuasum habent,
non F vel V valorem, verum ἦ B Latini
sonum referre hoc elementum.

Alterum quod pomum *ἔριδος* obij-
cit, Elementum est *ἦ*, quod uullo mo-
do exiliter ut *ἰῶ* pronunciaudum con-
tendunt, quippe qui cum nihil commu-
ne habeat, sed instar e Germanici, ita ut
proferatur medio quodam sono inter a
& e, rictu minus diducto, quàm a, hian-
tione tamen ac minus in ima depresso
sono, quàm e. Idq; probatum arguunt
ovium balatu ex allegato versu. Si e-
nim veteres Græci legerint *βῆ βῆ*, quod
illi bee legendum asserunt, sequetur,
aut

aut ovium naturam cum tempore ver-
sam esse, quādoquidem hodie secus ba-
lant: aut degeneres saltem oves graias
aliam à nostro pecore vocem edere,
quod quia absurdum & creditu pariter
ridiculum esse dicunt necessario beera &
non vita proferendum esse hoc Elemen-
tum contendunt. 2. Voce *ληραῖον*, qua
Jurisconsulti Græci latinum legatum ex-
primunt, quam absurdè ligatum profer-
res. Tertium Elementum in controver-
siam tractum, est ο *μικρόν*, cui non dicunt
esse sonum, ο vocalis, sed acutiori sono
in summis faucibus formato proferen-
dum sanciant ad modum Teutonicarum
Vocum *bethören / hören / schön* etc. Ut sic
non tempore modo & quantitate ac-
centus, sed sono quoq; & certo pronun-
ciandi modo, ab ω magno differat.

Quartum *κρινόμενον* causatur, *πὸ υ*, cu-
jus sonum non eundem esse volunt cum
ἰῶ, sed contractis labijs quasi strangu-
lato spiritu ad tenorem Gallici efferen-
dum docent, ad instar Germanici nomi-
nis *glückwünschen*: Atq; hæc potissimū
mihi sunt quæ scrupulum faciunt, inq;

fui consensum me penè pertrahūt, quo d
excipiendo sensui auditus statim in pro-
latione discretio sese offerat vocalium,
ut circa hæsitacionem, quæ vocalis n
m vel . scribenda sit, nec o pus sit dif-
ficultate illa molestissima distinguendi
& nominādi Vocales lectori & dictatori,
quod in confusa ista vocalium pronun-
ciatione vulgò recepta, usu venire vide-
mus. Atq; ita fieri necessario oportere
tanquam ex Sibyllæ folio decernunt &
decidunt isti Orbiliosi censores quia lit-
teras à Grammaticæ conditoribus pri-
mis inventas esse prætexunt, ad expr-
imendas voces humanas, quas non nisi
certis ac inter se discretis litterarum for-
mis, repræsentari & exprimi posse, cau-
fantur. Quod cum sit lectionem non mi-
nus quam scripturam distinctam esse,
esseq; oportere judicant. Adhæc pro-
vocant ad doctissimorum virorum
Græcæ Linguæ peritissimorum explo-
ratum suffragium & iudicium. Cæterum
hic ego pedem figo, tibiq; mi Condi-
scipule JOHANNES, resigno locum,
& defero potestatem in medium profe-
rendi,

rendi, quicquid de isthoc themate soler-
tissimè meditatam vel collectum affers.
Ego & omnes scire cupidi tibi attentum
auricupium devotum volumus.

D I X I



JOHANNES GRABOVII

Witebergensis Saxonis ælunioris.

NON est, proh dolor, de nihilo, cha-
rissime ALBERTE, quod conque-
reris de gyris, mæandris & spinosis re-
moris anfractibusq; in studijs lingua-
rum, quos curioso magis, quam, utili co-
nata pariunt nobis, infelices & pernici-
osissimæ disceptationes atq; contro-
versæ, novorum quorundam Gram-
maticorum, qui ut omnia ita & potesta-
tem Elementorum Græci labij curiosè
nimis ad antiquam pronunciandi ratio-
nem volunt revocare: cum tamen ipsi
prorsus incerti sint, quo pacto prisca illi
pronunciarint, & conjecturæ, quibus
ipsorum affirmatum nititur, admodum

jejuna sint. Itaq; ut tuæ petitioni, pro ingenio, & ea de re captu meo rudi, satisfaciã, operam dabo sedulus omnem.

Id vero dum fecero, vos commilitones meos omnes & singulos, ut ad semihorium aucupio aurium mihi adesse velitis, meq; in simili officiorum genere promptum expectetis, etiam atq; etiam rogatos volo.

Quatuor potissimum sunt Elementa, in quibus tota antiquitatis superstitio ac concertatio vertitur, nimirum $\beta\eta$ $\tau\eta$ σ $\mu\epsilon\rho\upsilon\nu$, $\nu\lambda\lambda\omicron\nu$: & in diphthongorum, tam impropriarum quam propriarum distincto sono inter se & vocales. Et quidem $\beta\eta$ nunc non ad hodie receptum modum, scilicet vita pronuntiandum contendunt & docent, sed planè ut B Latinum, ita ut nomen $\beta\eta$ referat Ebræum Beth, & balatum ovium sonum. Cæterum eorum præconceptæ antiquæ pronuntiãdi rationi adversatur 1. Vox $\Delta\alpha\beta\acute{\iota}\delta$ quæ ex originali natura blæsam η B. postulat prolationem, quod in Ebræa lingua β est in voce $\beta\eta$ & non β . Inde & in Græca

ca ad originalem tenorem pronuntianda est $\Delta\alpha\beta\acute{\iota}\delta$ David, & non dabit, quem sonum secūdum somnia eorum novantiquatorum habitura esset. Atqui hic quod responsent, se habere putāt. quāquam nulla quidem ea est, & calva responsio. Dicunt enim Græcos, carere in sua Lingua Elemento, quo β elementum exprimant & reddant, adeoq; necessitate, quæ legem non habet, coactos esse LXX. interpretes Ebræum β per B Græcum reddere. Quasi verò Lingua Grajata locuples & copiosa omnibus linguis cæteris facundior ac ditior vel ipsa experientia teste, ea laboraret inopia defectuq;. Et certè non solum 70. interpretes, sed & ipsa N. Testamenti scriptura eam vocem $\Delta\alpha\beta\acute{\iota}\delta$ iisdem elementis habet. Quod verò Latina nomina Quintus & similia non eadem forma exprimere potest, id non defectui, sed excellentiæ Linguae transcribendum existimemus, quippe quæ Barbara ista in suum gremium non admittit, & solet in ejusmodi vocabulis, sicut & aliàs. Latinam consonantem per β diph-

diphthongum reddere, id quod istis no-
vatoribus probè notum est, & præter
nomeu $\kappa\upsilon\alpha\beta\lambda$ Rom. 16. 23. & multa
alia propria, vel unicum $\beta\alpha$ Latinis Væ,
luculentissimè comprobatur. Et Paul.
Manutius in commentarijs Epist. ad At-
ticum pag. mihi 58. asserit in lapidibus
incisam observari B pro V, ut Baleas
pro Valeas. Jam verò literæ, quæ in in-
vicem commutantur, sunt ejusdem in-
strumenti & ejusdem, vel certè cognati
valoris. Dehinc Priscianus lib. 1. pag. 2.
confirmat vocabulum Vox à verbo
 $\beta\upsilon\alpha\omega$ originationem suam habere. Quod
si ita, est, ut sanè ad aliorum testimonia
provocat, β non be, sed vi sonare
evincitur. Adhæc Martinus Crusius in
sua Grammatica pag. 3. asserit ex me-
dio rerum usu, inveniri interdum scri-
ptum $\upsilon\alpha\beta\upsilon\lambda\omega\upsilon$, pro $\beta\alpha\beta\upsilon\lambda\omega\upsilon$, $\alpha\upsilon\upsilon\upsilon\alpha\lambda\epsilon\upsilon$ pro
 $\alpha\upsilon\upsilon\beta\alpha\lambda\epsilon\upsilon$. Denique etiam $\alpha\beta$, pro ab veter-
es scribere solitos, & β filium pro β ibi-
lum affert Priscianus lib. 1. pag. 28, præ-
vocat ad Testimonium Nonij Marcelli.
Antiquum igitur valorem β non bee,
sed vi fuisse, sole clarius claret. Quan-
quam

quam (ut de hoc Elemento meam quoq;
afferam censuram) rectius & propriè B
potius, quàm V consonæ vim habere
cum Martino Crusio sentio, & nomen
ejus esse Beta ac non Be, quod isti sup-
ponere conantur.

Secundò septimum Elementum Ita,
demum est, quod maximam gignit con-
troversiam, & turbas dat in Alphabeto
Græco. Siquidem primæ syllabæ, no-
minum literarum in id desinentium, ex
falsò præsupposita prænunciatione, er-
roneum quoq; sonum sequuntur! Id
enim, ut tu commilito Alberte, ex eo-
rum novantiquitatis assertorum senten-
tia affers, volunt pronunciari ad mo-
dum E Germanici, adeoq; medio inter a
& e sono, velut e Germanicum in verbo
scheinen. Nostra autem ætate Græcis &
Græcissantibus sonat ι . Vocale apud
Latinos, quem sonum itidem diphthon-
gi $\epsilon\iota$, $\iota\omega$, η , & υ hodie habent. Atqui illi
suxæ $\beta\epsilon\beta\upsilon\mu\acute{\omega}\sigma\epsilon\omega\varsigma$ ac pronunciati hanc
quasi demonstrationem afferrunt ex
Dionysio in Cratino, à quo $\eta\lambda\acute{\iota}\delta\iota$ $\omega\sigma\pi\epsilon\rho$
 $\pi\epsilon\sigma\theta\alpha\beta\omega\upsilon$ λέγων $\beta\eta$ $\beta\eta$ $\beta\alpha\delta\acute{\iota}\omega\upsilon$ εισάγει. At V.

præclara assertionis ratio, à bruti ani-
mantis balatu hominis rationalis æsti-
mans articulatam vocis literæq; so-
num: Quanquam & ne sic quidem mul-
tum aberrare animadvertas ab ovium
voce, si hodie recepto sono eam pro-
nunciaveris, qui β cum η circumflexo
cum mora & tractim effertur, ut in voce
βῆτα & similibus est videre. Si igitur hac
cum mora extuleris, æquè balatum ovium
repræsentant. Deinde ἀπόδειξιν ex voce
ληγάων se afferre posse, κρείται isti autu-
mant. Atqui non vident hic committi
fallaciam ignorationis Elenchi & secun-
dum plures interrogationes. Alia enim
est quæstio de valore vocalis proprio,
alia item in quas vocales apud Latinos
migret & mutetur. Familiare enim &
quasi innatum est τῶ η, ut in Latino idio-
mate transeat in Germanicis Græcæve
originis vocibus in E, quemadmodum
vocabula πόλις Latinè telum μετρόπολις
Latinè metropolis, & quam plurima
confimilia evidentè ostendunt. De cæ-
tero, quod de ο & ω dissonis afferunt,
in eo propria vineta cædunt, & sui af-
firmati.

firmati nihil nisi ἡμεῖς φημὲν ἢ ἔφημεν pro-
ferre possunt. Etenim si duo hæc ele-
menta, ο & ω ipso sono differunt, ecquid
opus esset Epithetis utriq; additis? Quæ
quia addita in ipso Alphabeto reperi-
mus certum est, quod non sono, sed
ipsis Epithetis demum distinguantur,
quorum additio, haud obscure innuit,
modernum nostraq; sono receptum.
tum legendi & dictandi modum, quo
suggerentes vocabula, dicere solemus;
σῶμα per ω μέγα, τῶ ο per ο μικρὸν utro-
biq; ψυχὴ per υ & η, non recens natum,
sed antiquum & authenticum esse.

Deniq; υ prodit in theatrum, quod
cum ο Gallico, ad nonnihil declinante,
contractis labijs, tanquam strangulato
Spiritu efferendum contendunt, ut ex-
empli gratia Germanicis: Hülle vnd Fül-
le / Glück vnd Stück. At verò eundem
hanc quoq; cum Vocali sonum habe-
re, simplicius credamus cum Antesi-
gnano qui pag. 2. in Grammaticam
Cleonardi, υ & η, quemadmodum & η
& η diphthongos, hodie ut ι. Vocale,
apud Latinos sonare asserit. Quamvis
B 5 verò

verò & η propius ad valorem ν Gallici
sono accedere deberet, unde & cum
Epitheto ν ψ λ ν nomen cluit: tamen re-
ceptum usum tutius ac utilius sequimur,
ut postea firmissimis rationibus demon-
strabimus. Sed obicere audeas hic anta-
gonistas & contendere, singulis distin-
ctis literis, singulos adeoq; diversos so-
nos competere, quia singulis sunt di-
versæ figuræ, ac proinde ipsa quoq;
pronunciatione distinguendas, eo quod
differant ac notis inter se distinctæ sint.
At respondeo, hoc argumento commit-
ti fallaciam consequentis, etenim major
merè particularis est, multa namq; tum
elementa, tum accidentia variant figu-
ra, quæ tamen valorem & usum perpe-
tuò eundem præstant. Exempli gratia:
Spiritus asper & h. differunt figuris, va-
lore autem non item, quia unus idemq;
utriusq; est usus & potestas, adeo ut &
veteres Latini in antiquis codicibus su-
pra vocales aspirationis Græcæ notam
posuerint, ut adie pro hodie scripserint,
teste Jodoco Willichio in prosodia
pag. 12.

De

De η & η ei & oi. differunt figuris, at
enunciatione coincidunt, id quod ex
sequentibus patebit. **N** & **Y** Ebræa
elementa differunt figuris; attamen va-
lore eodem recidunt. — & — .. & .. di-
stinctæ sunt figuris, at valore non item,
idq; & in alijs oppidò quam multis usu
venire in Ebræa litteratura, vel leviter
ea iunctis tam notum est, quàm quod
novissimum. Quamobrem hujus argu-
menti vis enervis in puteum cadit. Por-
ro arguunt frustra inventa esse præter
singula elementa etiam alia idem sonan-
tia, si quædam indifferenter pronun-
cianda sint: Respondeo, committi in
hoc quoq; paralogismo $\epsilon\delta\iota\pi\epsilon\iota\varsigma\ \tau\eta\varsigma\ \delta\iota\alpha\phi\epsilon-
\sigma\tau\omega\varsigma$, & insufficientem enumerationem
finium. Longè enim plures sunt fines
auctoris & additionis plurium elemen-
torum, quam sola enunciatio, utpote
temporis ratio, tertiæ divisionis voca-
lium passionis videlicet & augmenti
verborum necessitas, poësis $\delta\iota\sigma\tau\epsilon\lambda\epsilon\iota\alpha$, &
multa id genus alia. Tertio causantur
& confusionem rerum maximam, quæ
ex indistincta vocalium Græcarum
enun-

enunciatione oriatur, adeò ut si dicas *Φίλος*, nesciat auditor utrum amicum, qui *Φίλος* dicitur per *ι*, an impostorem qui *Φήλος* per *η*, aut gentem vel familiam, quæ *Φόλος* per *ο* innuas *όνον*, asinumve, an precium ejus dicas, dubitet. Cæterum hæc non nisi imaginaria est confusions uictio & excogitatio, quasi vocum significatio tota ex vocum sono, & non potius ex contextu & filo orationis ac conjunctione vocum sit discenda: Sic enim canis cum significat animal terrestre aliter: aliter item cum sidus cæleste esset legendum: malum item aliter, quando significat Pomum, aliter quando arborem navis, aliter quoq; quando pravum notat, pronunciantes oportet: alia vocis **δ** quando significat bovem, & aliter, quando doctorem: **κ** item quando notat præpositionem ad, & **κ** quando Deum, diversa lectione & enunciatione essent proferenda. Tacebo hic brevitatis studiosus, vocabula etiam

Ro-

Romanæ Linguae, quæ vel planè, vel penè litterarum figuris conveniunt, itidem lectione & pronunciatione distinguenda esse eodem intellectus compendij prætextu, ut sunt cædo & cedo, cælum & coelum, quorum illud prima, huc secunda diphthongo originalitèr scribitur, pronunciatione tamen priores syllaba eadem sunt. Sic ad & at diversa orationis partes statim ipso lectionis sono distinguenda forent ut & vita verbum & vita nomen & infinita ejus linguae alia. Quæ verò quoniam ex ipso usu absurdissima esse, publicè notum est, frivolum est, quicquid subsidij intellectus, & doctrinae facillioris iniciandis Græcæ Linguae studio supponunt, illi curiosi & gloriosi antiquitatis assertores. Non enim ex sono vocum solum, sed *πρώτος* & primariò ex filo sermonis, *σωπεία* & contextu orationis atq; vocum adjunctarum *ἐμπνεΐα* discenda & intellectu sunt percipiendâ vocabula, id quod ex omnium Linguarum proprietate probatu longè facillimum esset, nisi lippis & tonsoribus nota hæc esse persua-

suafissimum haberemus. Tandem quoque putridæ suæ causæ patrociniū in Aristotele quærent, qui quia in Elenchorum doctrina nullius litterarum fallaciæ mentionem facit, putant prædictarum litterarum sonum diversum, & suo pronuntiato consentaneum esse. Atqui quis hic non videt in ipsa die eos cæcutire, & cum ratione insanire? Est ne fallacia figura dictionis, fallacia de literis? Litteræ enim non per se, sed in dictionibus fallunt. Omnibus igitur eorum rationibus & fundamentis, audito modo prostratis, asserimus & sacram retineamus nostro seculo &, scholis receptam vocalium pronuntiationem, donec priscorum aliquem ex orco & inferis excitaverint, qui eorum conjecturas leves. veras demonstraverit. Primò namq̃, si naturæ Lingvæ vellet, ut prolatione differrent ita præcisè, ut hi assertores novantiquitatis volunt: non tantum in antiquibus, sed in omnibus eam excellentiam haberet: sed non possunt differentiam inter *ἄλφα* longum & breve: inter *ἰωτα* longum & bre-

ve dare. Ergo frivolus est & nullius momenti eorum conatus. Deinde Paulus Manutius in commentario in Epist. ad Attic. Epist. 17. lib. 1. pag. 62. dicit; veterem orthographiam fuisse, ut pro *æ*, *αι* sæpissimè scripserint veteres, & sic in lapidibus inveniri: Amilius pro *Æmilius*: Paitus pro *Pætus*, jota ad a posito. Quod si igitur *αι* diphthongi idem valor fuit, qui *æ* Latinæ, utiq̃ hæc, quæ pro veteri pronuntiatione venditur, non est vetus, sed novus partus novitatis avidorum & curiosorum ingeniorum. Erasmus ille magnus in adagijs pag. 18. *ἐν τῷ: ἴσως ἀμαρτεῖν*, aberrare à janua, ostendit probabiliorem esse lectionem, si *ἴσως* legatur per tertiam, & non per sextam vocalem, ut sit: aberrare à fera, & non à janua, quod ita adagium verius sit. At quod *ἴσως* per *υ* irripserit, dicit, non adeo mirandum, quia perfacilis sit lapsus unius litterulæ depravatione, maximè cum sono nihil ferme sit discriminis inter *η* & *υ*. Jam verò si sono nihil discriminis est in *η* & *υ*, certò falsa est hæc falsè præsupposita opinio

de novo veteri Græcarum vocalium
pronunciatione: Casparus Waserus
in institutione Linguae Syrae, dicit, ter-
tiam vocalem, .i. Græcorum η̄ repræ-
sentare Quare si η̄ Grajum sono respon-
det Syro I, utiq; falsa erit *μαγιδος*, quæ
ab istis hominibus pro veteri venditur.
Priscianus lib. 1, pag. 30, quem vel uni-
cum omnibus adversariorum, quantum-
vis Linguae hodiè peritissimorum suf-
fragantium testimonijs opponere haud
vereor, scribit, .i. quoq; apud Latinos
antiquos post e poni solitum, & ei diph-
thongum facere, quam pro omni lon-
ga scripserint, more antiquorum Græ-
corum. Quod si more Græcorum anti-
quorum diphthongus ᾱ, .i. longum va-
luit, quod notanter asserit Priscianus,
certè falsa erit noviter supposita & fal-
sò persuasa pronuntiatio. Deinceps &
hoc Græci, qui stipem quærentes ad
nos veniunt, qui & ipsi hanc nobis re-
ceptam (quam Barbaram isti novatores
appellitant.) pronuntiationem ad amuf-
sim retinent, & ne pilum quidem latum
ab ea discrepant, quod experimur cum
ipsis

ipsis eo nomine colloquium instituen-
tes. Sed hic quod respondere se posse au-
tumant, inveniunt, dicentes: hodie-
norum Græcorum Musas infusione,
barbarum gentium turbatas esse, & al-
pes transvolasse, adeoq; alibi extra po-
mæria Græciæ nunc rectius, quam apud
ipsum colit. Esto, non negemus id factum
esse, licet somnio quam vero sit similis:
Sed nunquid nostrum est, ipsis Græcis
Musarum pristinum leporem & elegan-
tiam ac proprietatem restituere; quod
æquè minus incumbit, quam possibile
est nobis barbarè Græcis, qui quicquid
ejus laudatissimæ Linguae, callemus ha-
ctenus nobis & nostris scholis receptæ
pronuntiationi lectioniq; acceptum fe-
ramus oportet, & eam gratitudinem ei
deponimus, ut exulatum mittere enita-
mur: Sic filia devorat matrem serpenti-
gena. Sed & latinæ linguae vocalium &
diphthongorum longè alia fuit pronun-
ciandi & legendi ratio, quàm hodiè nobis,
id quod testatum reliquit Philippus Me-
lancthon in Grammaticis pag. 6. Ubi
inquit: æ & œ veteres aliter atq; nunc
C sole-

solemus, pronunciabant. Item pag. 9. usu multa aliter hodie pronunciantur, quam ratio & proprietas Linguae postulat. Idem pag. 469. & alibi pluribus monet, quinimo apud omnes idem in confessio est. Anne igitur & nos relinquentes Latinae L. ad nos translatae legendi & pronunciandi rationem scrutinio veterem indagabimus? haud secus ac canis Aesopicus, qui relicto uno carnis frusto, alterum, cuius imago in aquis apparebat, appetens, utrumque amittit, utramque antiquare studebimus. Quod si maxime conaremur, stultus & irritus foret conatus. Ideoque quia id in latina lingua non facimus, multo minus in Graeca nobis ignotiore & obscuriore. Gratis itaque unis & manibus amplectamur & discamus utramque Linguam, sicut a nostris praedecessoribus accepimus, & potius intellectum & usum earum venerimus ac veneremur utilem, quam ut in spinosis antiqua pronunciationis questionibus, aetatem & tempus vitae breve impensum deteramus. Denique litem certissimo indicio dirimit oraculum Athenien-

nensibus olim redditum apud Thucydem hoc versu:

ἔχει δαελακὸς πῆλεμ' ἢ καὶ λοιμὸς αἰμ' αὐτῶ.
Cujus oraculi sententia diu agitata est, λοιμὸς νε, an λιμὸς pestis an fames obnunciaretur, nec certi quippiam ejus contigit, antequam infanda pestis Aetice oraculum exposuit. Quod si vocum λιμὸς & λοιμὸς, ex quibus dubij ansa dependit, distincta prolatio fuit impossibile est, potuisse id dubium torquere tam prudentes Atticos. Sed respondent hic quoque incerti isti antiqui venatores: Apollinis oracula omnia ita edicta, ut scire desiderantium mentes in dubio relinqueret, inde & hoc loco non disertè protulisse, sed pro more suo submurmurasse versiculum istum, ut medium quasi quendam inter ο. & ι. sonum in ista voce formaverit, ut sententia in suspensio teneretur. Atqui quae est haec responsio ad istam sole clariorem historiam & eventum! pulchre quidem fingitur, at ea demonstratio firmissimae nostrae assertionis non infringitur: fortasse per fortasse rejicitur. Et dico quod data distincta

harum vocum prolatione, impossibile fuerit, eos in dubio intellectu suspendi, quia sonora fuisset inter diphthongum & monophthongum vocalitas. Taceo quod *λοζότης* oraculorum non in litteris, sed in integris vocibus ambiguis ac constructione reciproca ut plurimum latuit. Sed ut jugulum causæ petamus, relatio textus hujus ne hilum quidem meminit, *λοζότης* & involutæ ambiguitatis obscuritatisq; ipsius Apollinis responsi, quod utiq; non intermisisset, si culpa in Apolline hæsisset: sed simpliciter defectum in intellectu Atheniensium fuisse, indicat, unde & manifestum est, nullam fuisse causam, nisi solam identitatem & eandem proferendi rationem *της δηφρογυρα κἄ τῆς φωνῆς*. Et si maximè vetusta esset illa pronuntiatio, quod nos scire vel ignorare perinde est, & parùm nostra refert: tamen quia nobis lingua non vernacula est, sed ex lueris & scriptis Autorum petenda, & non viva voce hodie discenda est, gratis ulnis & animis amplectamur, & ea forma & traditione utamur, quæ nostra tempora attingit,

git, quia Orthographia consuetudini servit, ideoq; sæpè mutata est, & ubi variasse docti videntur, ibi plurimum consuetudinem sequemur, non minus rectè, quam graviter scribit Fabius lib. 1. cap. 12. & Phavorinus monet: antiquis moribus ac præsentibus verbis utendum esse, apud Gellium lib. 1. cap. 10. Et Horatius inquit: penes usum arbitrium, jus & normam loquendi esse. Usam igitur sequamur & osculemur, gratisq; ulnis amplectamur, nihil morati veterem pronuntiationis rationem, quippe, quam nobis dignam non judicavit temporum custodia. Aristoteles 6. Topicorum monet: *πάν ἀσπιφές τὸ μὴ εἰωθός*. Et Gellius lib. 1. cap. 10. ex libris Julij Cæsaris de analogia citat: inusitatum verbum sicut scopulum in mari fugiendum esse. Et certè, ut dicam quod res est, nihil aliud quærunt isti novatores, nisi quod invidentes nostro seculo, elegantissimæ Grajæ linguæ liberum & simplicem usum, velint instar canis Æsopici imaginem veteris proprietatis & pronuntiationis affectando, ipsam linguam

unà cum studio amittamus. In quo studij genere emulantur crypticos, criticos dixeram, qui latinæ Linguæ crisi sibi sumentes, omnia exoleta usui restitutori, ipsa linguæ elegantia & utilissimo usu expedito nostram ætatem privare fatagunt. Quæ omnia, quia ipsa veritate veriora sunt, omnibus cordatis & doctis viris id ominantibus, agite, quicunque nobilissimæ Græcæ linguæ studio flagritis, missis & posthabitis apinis & putaminibus istis de pronunciatione antiqua, sectemur nucleum, ipsum linguæ usum, & res, quæ nobis in ista de promendæ apponuntur, delibemus. Cum Augusto abstinemus à reconditorum verborum foetoribus, & sicut in omnibus alijs linguis etiam Latina & Ebræa antiquis demortuis relinquamus antiquas loquendi & pronuncianti rationes, & utamur novis nostro seculo receptis institutis & proprietatibus agnoscentes nobis hodiè in ipsa disciplinarum & artium luce, Dei gratia constitutis, non ita temerandum esse, ut statim omnia quæ antiquitatis nomine ob-

tru-

truduntur, probemus, approbemus, & cæco judicij impetu arripiamus & sectemur. Sic enim omnia obscura omnes artium & disciplinarum omnium superioribus seculis plusquam Cimmeriæ tenebræ postliminio revocandæ essent, quod quam stolidum & indignum nostro hoc seculo luce disciplinarum aureo, foret, ecquis est qui primo auditu non agnoscat & detestetur. Ut namq; cætera taceam, quis abominetur & abhorreat à scriptura τὴν coherceat, Heremita, Jhesus & infinitorum aliorum: quis non reformidet depravationes turpes plerorumq; priorum nominum, quæ ex Ebræa Lingua in Græcum & Latinum sermonem translata sunt. Inde irrepsit Hierusalem, ubi tamen originalis Lingua legit Jerusalem, Hiericho, Ebraicè Jericho, Gomorrha, pro Amora, & centena millia alia, quæ omnia & singula huc conquirere longum & frivolum foret, ac quis quæso futurus esset tam amens, qui has scorias ex antris & orcis ad nostra puriora secula revocanda nobis auctor sit. Ea propter quia id absurdum

dum foret omnibus rectè & ingenuè judicantibus, fugiamus & abstinemus à fordibus antiquis & studeamus elegantioribus nostræ ætate receptis institutionibus & pronunciationibus. Quas Deus Ter Optimus Maximus inter nos conservare & propagare dignetur, & largiatur nobis halcyonia, ut immoti & inturbati eorum studijs vacare possimus, ad nominis sui gloriam, & regni cœlestis in his terris propagationem:

A M E N.



Errata per in curiam relicta.

In titulo linea 18. post, producta, ponatur (,)
linea 20. prounciandi, legatur: pro pronuncian-
di.

In nuncupatione lin. 8. legatur Christophoro.

Fol. 2. lin. 6. pro in mundos, legatur in mundo. lin. 9. ponatur post vocem pueri, & expungatur ante eam. lin. 18. legatur: $\pi\epsilon\upsilon\delta\delta\eta\sigma\iota\varsigma$. facie b. lin. 25. post vocem: nostrum, ponatur interstinct: (,)

Fol. 4. a. lin. 6. legatur preciosa. fac. b. lin. 1. leg. ministerij in eis necessitas. Fac. b. lin. 20. Legatur: spectandam.

Fol. 5. lin. 1. legatur antiquati lin. 13. post imperat; addatur: sibi absolutam fidem deberi autumat.

fac: b. lin. 7. l. $\omega\delta\alpha\delta\epsilon\sigma\delta$.

Fol. 6. a. lin. 13. in posterum, divisus vocibus legatur. lin. 14. post pergant, (,) repo. lin. 19. post: bonū, (,) destin. fac. b. lin. 4. ante $\Phi\iota\lambda\epsilon\lambda\lambda\omega\alpha$ restituatur: me. l. 16. l. $\omega\delta\alpha\delta\epsilon\sigma\sigma\iota\upsilon$.

Fol. 7. a. lin. 3. l. certi. lin. 15. l. tenella. b. lin. 6. insatiabilis.

Fol. 8. lin. 15. post. amiserint (,) signetur lin. 14. l. sonum. fac. b. l. $\tau\omega\upsilon\alpha\omega\epsilon\theta\alpha\lambda$.

Fol. 9. a. lin. 23. post tenorem, U. Gall. re-
ponatur. fac. b. lin. 1. post, consensum, & comple,
atq; consortium me. lin. 4. vocalis, ne vel i.

Fol. 10. a. lin. 16. post, omnia, (,) signatur
b. lin. 20. balatus.

Fol. 11. fac. b. lin. 23. Et provoc.

Fol. 12. a. lin. 12. l. pronunciat, lin. 19. l.
schēmen. b. lin. 7. leg. quia. lin. 20. l. Graca-
nicis.

Fol. 13. a. lin. 6. post reperimus (,) lin. 9.
l. nostr: avo. lin. 19. l. in German.

Fol. 14. a. lin. 1. l. De catero q. p. lin. 12.
post arguunt, (,) b. lin. 5. post innuas (:) lin
8. l. fictio.

Fol. 15. a. lin. 9. l. syllaba ead. b. lin. 20. l.
natura, lin. 23. l. aliquibus.

Fol. 16. a. lin. 7. l. Aimilius. b. lin. 1. l. no-
voveteri, unica voce.

Fol. 17. a. lin. 15. post: Lingua, dele (,) &
post, callemus (,) repone. b. lin. 8. post rati-
onem (,)

Fol. 18. a. lin. 10. post fuit (,) pon. lin. 14.
l. edita.

Fol. 19. b. lin. 15. post, delibemus (:) pon-
sur.

Fol. 20. a. lin. 11. l. quis non abominetur
b. lin. 9. l. earum.

Q. F. F. Q. S. 8.

DISSERTATIO
De
STUDIO HONORIS,

Quam

Ex Amplissimi Senatus Philosophicæ
consensu, & auctoritate, in Regia
Academia ad Embeccam Li-
voniam,

Sub PRÆSIDIO

Viri Amplissimi atq; Celebrissimi

OLAI HERMELINI,

Profess: Eloq; & poet:
Publico placidoq; examini modesto
submitit

CAROLUS UNDEN,
West-Goth:

In auditorio majori Anno MDCXCI.
d. Aprilis.

DORPATI,
Typis Johannis Brendeken,
Acad. Typogr.